

EGYHÁZTÖRTÉNELMI ADATOK.

CXVIII.

RADECZKY BÁLINT PÜSPÖK -LEVELE A BARANYAMEGYEI UNITÁRIUS
PAPOKHOZ 1632.

A mint e folyóiratban Kanyaró F. barátunktól közölt érdekes czikkekből ismeretes, Magyarországon is főleg Baranyamegyében mindjárt kezdetben elterjedt az unitárizmus. Hogy 1632. még számos ekklezsiának kellett lenni, arra bizonyítékul szolgál Rádeczky Bálintnak, aki 1616—1632. közt volt püspök, egy levele, melyet azon megyebeli papokhoz intézett s melynek eredeti fogalmazványa a vallásközönség levéltárában megmaradt. A levél bevezető soraiból az tűnik ki, hogy Járai István nevű pap személyesen járt akkor Kolozsvárt s ettől küldötte Szentgyörgyi Mihály, Mohácsi Mihály és a többi ott levő papokhoz buzdító sorait a püspök. Sajnálni lehet, hogy az illető ekklezsiák nevei nem említetnek, de XVI. százbeli lelkészeink névsora 3 új taggal szaporodik s már ez is érdemessé teszi a közlésre e levelet, melynek szövegszerénti tartalma következő:

* * *

Salutem a Deo Patre nostro, per dominum nostrum Jesum Christum etc.

Incredibili laetitia affecti hic fuimus ex adventu ad nos Reverendí viri Domini Stephani Járai, fidelis Ecclesiae dei Ministri, et Collegae vestri in opere Domini studiosissimi. Neque conspectus tantum ipsius nobis fuit pergratus, verum etiam nuncium periucundum, quod de vobis, viri Reverendí, et Ecclesiis vestris accipimus. Quid enim hominibus Dei et gloriae eius studio incr... ad animi voluptatem laetius accidere potest, quam si audiant in medio eorum qui Christi doctrinam partim abiecerunt, partim corruerunt, eius modi tamen certus publice extare, pui caelestem veritatem et profiteri audeant et propagare omni contentione animi adnitantur! Ingens certe viri Reverendí, felicitas vestra licet mundo huic minime manifesta, ingens coram ipso Deo laus, quod vestigiis praedecessorum vestrorum, hominum solida pietate excellentium insistentes, non succumbatis laboribus, non cedatis aerumnis quantum vis gravibus, quae in

Ecclesia Dei conservanda vos urgent atque premunt. Tametsi enim fieri non potest, dum huius carnis imbecillitate, in qua mortalem hanc vitam degimus, sumus circumdati, quin talium aerumnarum sensus nos attingat, et aliquanto gravius quandoque nos exerceat; attamen spiritu iterum erecti, illud usurpemus Pauli Apostoli dicentis: Propter quod non deficiamus: sed licet is qui foris est noster homo corrumpitur; tamen is qui intus est renovatur de die in diem. Idenim quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quae videntur; sed quae non videntur. Quae enim videntur, temporalia sunt: quae autem non videntur, aeterna sunt. Gens barbara, superba, atque crudelis vobis, imperat viri venerandi, et dura servitute magis magisque premere vos incipit? at in libertatem filiorum Dei firma spe vindicati iam estis et tempore suae ipsa gloriose vindicabimini. Facultates et fortunae vestrae periculo expositae sunt et direptioni obnoxiae et quotidie per duritiam exactionum acciduntur et atteruntur. At scitis, ut inquit apostolus, habere vos praestantiorum substantiam in caelis et permanentem. In ipso vitae discrimine versamini? at non suavem illam vocem. Nonne duo passeret asse vaeneunt. Unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro. Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Ne ergo timeatis, multis passeribus praestatis vos. Et iterum, capillus de capite vestro non peribit. Dulcissimam patriam nonnulli vestrum reliquerunt, et in exilium quasi voluntarium coniecerunt sese, ut in illis partibus, dei vocationem secuti, Ecclesiae ipsius inservirent: at quantum eos maret praemium, quanta beatitudo? Amen dico vobis, inquit Servator noster, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter me et Evangelium, qui non accipiat centies tantum na... in tempore hoc cum persecutionibus, et in saeculo... vitam aeternam Aemulamini viri praestantissimi et fratres in Christo charissimi, eam laudem, quae olim delata fuit de coelo, angelo Ephesine Ecclesiae: Scio opera tua, et laborem, et tolerantiam tuam: et patientiam habes, et sustinuitis propter nomen meum, et non... cisti. Et angelo Ecclesiae Smyrnen. Scio tribulationem tuam, et paupertatem tuam, sed dives es. Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vitae. Et Philadelphien. Ecclesiae angelo: Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere: quia modicam habes vim, et servasti verbum meum, et quoniam servasti verbum patientiae meae et ego servabo te ab hora tentationis, quae ventura est in orbem universum terrae, tentare habitantes in terra. Excitet animos vestros, fratres dilectissimi, illud quod legimus in epistola ad Hebraeos scriptum: Rememoramini pristinos dies, in quibus magnum certamen sustinuitis passionum: et in altero quidem opprobriis et tribulationibus spectaculum facti: in altero autem loci taliter conversantium effecti. Nolite amittere fiduciam vestram, quae magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem dei facientes reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum

qui venturus est veniet, et non tardabit. Justus autem meus ex fide vivet. Quodsi se subtraxerit, non placebit animae meae. Nos autem non sumus filii subtractionis in perditionem: sed fidei in acquisitionem animae. Dominus prope est viri venerandi. Itaque nihil solliciti simus: sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones nostrae innotescant apud deum. Proiciamus curam nostram in dominum, ipse faciet: faciamus officium nostrum, non deerit ille nobis. Studeamus ut simus sine querela, et simplices filii dei, sine reprehensione in medio nationis pravae et perversae; inter quos lucete et vos fratres, tamquam luminaria in mundo.

In primis autem quanto magis mundus nos odit atque contemnit, nos demus operam, ut digne ambulemus vocatione qua vocati sumus, cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia, supportantes nos invicem in charitate; solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis: idem sapiamus, eandem charitatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate, superiores sibi invicem arbitantes. Animas nostras castificemus in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici ex corde invicem nos diligamus attentius. Haec enim est via illa omnibus etiam miraculis effica... , qua religionis nostrae sanctitatem infidelibus quoque admirandam et commendatam reddamus. In hoc cognoscent omnes (inquit unicus ille Magister noster) quod discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad invicem. Hoc, migraturus a discipulis suis ad Patrem, tanta precandi contentione impetrare studuit, inquires: Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos. Et iterum: Non pro eis rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint. Addit quo fine: Ut credat mundus quod Tu me misisti. Et adiecit statim: Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut et nos unum sumus: ego in eis et tu in me ut sint consummati in unum, et cognoscat mundus quod tu me misisti, et dilexisti eos, sicut et me dilexisti.

Sed et hoc praecipuum ornamentum nostrum, praecipua dignita perfecta animi est consolatio. Nam in hoc si mutuo diligamus nos, cognoscimus quod in deo manemus, et ipse in nobis: quoniam de spiritu suo (quo dono nil cogitari potest praestabilius) dedit nobis. Is autem est spiritus charitatis atque pacis: quoniam Deus charitas est Johan 4. X. — 13. 16. Charitatis igitur, o dilectissimi, simus studiosi pacis: et pax dei quae exsuperat omnem sensum, custodiet corda nostra, et intelligentias nostras in Christo Jesu. Haec scripsi ad vos fratres venerandi, non quod existimem opus vos habere ut a me doceamini et moneamini: nam unctionem habetis a sancto illo, qui vos docet omnia: sed ut vos alloquendo me ipsam simul excitem et consolationem siquam possim vobis impertiendo, meum etiam ipsius animum consolari tentem.

Deus autem omnis gratiae, qui vocavit nos in aeternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passus ipse perficiet, confirmabit,

solidabitque. Ipsi gloria et imperium in saecula saeculorum Amen. —
Dat. Claudiopoli, die 27 mensis May, Anno 1632.

Rev. D. Vrar.

amicus et fr. in Dno ad in
servien. paratiss

Festationi meae quaeso ignoscite,
nam propter occupationum multi-
tudinem accurate ad vos scribere
mihi non licuit: propter magnitu-
dinem autem amoris erga vos mei,
silere nullo modo potui.

Valentinus Radecius.

K ü l c z i m :

Reverendis et praestantissimis viris, Domino Michaeli Szentgeorgi
et Domino Michaeli Mohachi, nec non caeteris Pastoribus atque Mi-
nistris Ecclesiarum in Barovia Superiori de uno deo Patre consen-
tien. etc. dominis amicis ac fratribus in Chro, plurimum mihi hono-
randis.

Eredetije az unitár. vallásközönség levéltárában. H. 4. alatt.

Közli :

BENCZÉDI GERGELY.

I M A.

(Dr. Demjén Farkas koporsója felett: Mondatott 1891. február 8-án
Maros-Vásárhelyt.)

A végtelenségben, a végtelenség felett szabadon uralkodó fő erő, tudás, bölcsesség összege, Isten, kit mi szerető Atyánknak hiszünk az ur Jézus által: örömben és fájdalomban egyaránt téged keresünk, mert te édesítheted meg földi örömeinket, melyek gyorsan hervadók, mint a virág, kegyelmed áldó sugára és harmatja nélkül, és te emelsz ki a bánat sötét hullámaiból is, hogy azok felett kétségbeesés és elsüllyedés nélkül járhassunk, mint Jézus a habok felett. . . .

Oh Atyánk! tudjuk, hogy minden a te akaratodból és szent-törvényed parancsából történik és még is gyarlóságunk reszketve kérdezi: miért kell születni? ha a rettenetes halál időnap előtt kiveszi a vándorbotot kezünkől, hogy legszentebb céljaink küzdelmeiben, mielőtt vándor útunk kitűzött határához értünk volna, gunczakkal megállítson: „eddig és ne tovább!...“

És miért kell leszállni a sir nyirkos, penészes üregébe, ha hitünk ígéretei szerint, a te parancs szavad új életre költ a sirok álmaiból? . . .

Oly rettenetes az örökkévalóság lépcsőzete, melyeket könnyel öntözött sirhalmok képeznek! . . .

Hitünk ingadoz és gyarlóságunk félve kérdezi: hát soha sem tudjuk-é már lefizetni azt a maroknyi port, melyet szent kezed kölcsön vett a föld porából, midőn embert alkotál? . . . Hát oly nagy hatalma van-é a halálnak az élet felett? . . .

Oh, uram! rettenetes a halál! . . .

Durva kezekkel letépi a kised gyermekét az anyai kebel meleg forrásáról . . . szétszaggatja az egymást szerető szívek rózsza kötelékeit . . . kioltja a lüngész nemzetvezérlő szövétnekét . . . ledönti a ház fentartó oszlopát, árvaságot, siralmat, romot, pusztulást hagy léptei nyomán . . . trónok, kunyhók, szívek, csontok felett tapos: